



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

Cardinale Incertæ Creationis ideo diducti & sepositi, quoniam apud  
Authores qui eorum meminerunt, cuinam affulserint sæculo, silentium est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

CARDINALES INCERTÆ CREATIONIS  
ideo diducti & depositi, quoniam apud Authores  
qui eorum meminerunt, cuinam affulserint secu-  
lo, silentium est.

ANDREAS HISPANVS Episcopus Megarensis &  
Cardinalis. scripsit

De decimis.

De forma & modo confitendi.

BERNARDINVS DE ROMA Carmelita, Episco-  
pus Sutrensis & Cardinalis, scripsit, ut notat author Bi-  
bliothecæ vniuersalis

Lecturam Sententiarum lib. 4.

Sermonesque ad Clerum Romanum.

BERNARDINVS CARDINALIS Ord. Minorum,  
citatur in Angelica superea quæ scripsit in Theologiâ.

BASIANVS BERENGARIUS Cardinalis, quem si  
conie&urare licet, à Berengario Biterrensi diuersum  
esse haud facile concessero, scripsit, ut refert author vo-  
cabularii Iuris.

Repertorium super speculo.

CLAVDIUS GVISIVS Cardinalis. scripsit

Quæstiones 12. ad Græcos in quo differant latini  
à Græcis. Extant manuscriptæ in Bibliotheca  
Imper. Viennæ.

ÆGIDIUS CARDINALIS transtulit Psalterium.

ELEVTHERIUS Cardinalis. scripsit

De Missa & Mysteriis. Extat manuscript in  
Biblioth. Cardinalis Sirleti.

GILBERTVS Cardinalis scripsit, ut notat author  
Bibliothecæ Vniuersalis.

De soluendis metallis.

**IOANNES** Cardinalis Florentinus, scripsit

De Annatis ad Mauritium. manuscript. in Biblioth. Card. Sirleti.

**IOANNES** Cardinalis Sabinensis scripsit

De quibusdam articulis Reuelationum & Apparitionum, S. Margaritæ & S. Catharinæ. manuscript. in Biblioth. Cardinalis Sirleti.

In Psalmos Et

Sermones de Sanctis.

**PETRVS MONACHVS CASSINENSIS** Cardinalis, scripsit, ut refert Vvion.

Pasionem B. Marci carmine.

**PETRVS MONACHVS** S. Trinitatis Cauæ, Ordinis S. Benedicti Cardinalis, scripsit

Dictionarium Biblicum. manuscript. in Bibliotheca Cassinensi & Cauensi.

**PETRVS** Cardinalis scripsit

Alphabetum in artem sermocinandi. Extat manuscript. in Biblioteca Vaticana.

**PHILIPPVS DE FERRARIA** Siculus, Pacensis Episcopus, & ut quidam (referente Trithemio) volunt, Cardinalis, scripsit

Sermones de tempore.

Sermones de Sanctis.

Etalia,

**STEPHANVS** Lugdunensis Cardinalis, scripsit

Recollecta in vitroque iure ut refert Cortesius.

**THOMAS** Anglus Ordinis Prædicatorum Cardinalis S. Petri ad vincula, scripsit, ut notat author Bibliothecæ Prædicatorum,

In vniuersam Aristotelis Philosophiam, Et

Quod.

Quodlibeta varia.

Ne percuriosus Lector h̄ic aliquid desideret, aut eorum vestigiis quos decreti certus imitandos mihi præstitui, leuiter inhæsse me arbitretur, Cardinalium aliquot, quorum tantum extant Epistolæ, indicem instituto accommodum, et si morosis quibuldam fortasse non ad gustum, insuper attexere non grauabor, quo & hæc minutissima me non latuisse intelligeret: Ast n̄ boni consulat, usque deque habere constitutum est, arrodat quāuis dentibus liuidulis illidatque genuinum æmulator.

---

CARDINALES CREATI AB URBANO II.

IOANNES alias Marsicanus, Episcopus Cardinalis Thusculanus, cuius Epistolam habes apud Yvonem Carnotensem. Claruit anno 1100.

---

A PACHALE II.

PETRVS ROMANVS Episcopus Cardinalis Portuensis, cuius extat Epistola apud Malmesburiensem.

PETRVS Petri Leonis filius, Cardinalis Romanus, qui postea Anacletus 2. Antipapa, plures scripsit Epistolæ, quas ex Cassinensi codice annalibus suis Baronius inseruit. Obiit anno 1138.

---

A CALIXTO II.

ÆGIDIUS alias Gilo, Episcopus Cardinalis Thusculanus, Apostolicæ Sedis in Syria Legatus, scripsit Epistolæ luculentas ad Antiochenos, ut notat Ciaconus.

Claruit anno 1127.

---

AB INNOCENTIO II.

OTHO Cardinalis S. Georgii in Velabro, Epistolam scripsit ad S. Thomam Cantuariensem, quam habes apud Baronium. Claruit anno 1160.

&